



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 46. Lapsus Liberii Papæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

sexaginta & ultra annorum Episcopus, Sæculum IV.
 in ultima persecutione Christianorum sub A. C. 357.
 Ethnici Principibus Confessor; hunc Soc. II. hist.
 coeteri Episcopi venerabantur, ut Pa. c. 31. Sulpit.
 trem, atque a multis annis in omnibus Sev. lib 2. p.
 Conciliis Præsidis munere functus erat; 417. Athan.
 nihilominus jubente Constantio verberi- Apol. 2. p.
 bus affectus est, & magnis cruciatibus, 807. Sozo.
 donec labefactato per corporis infirmita- Athan. ad
 tem animo cessit ad tempus, formulam sol. p. 481.
 a Potamio concinnatam, manu sua signa-
 vit, & in Concilio, quod tunc Sirmii age-
 batur, cum Ursacio, & Valente commu-
 nicavit; at S. Athanasii condemnationi
 non subscripsit. Ita recuperata liberta- Philostorg.
 te, ad Sedem suam in Hispaniam moritu. IV. c. 3.
 rus rediit. Culpæ suæ non diu supervi-
 xit, sed & eam pœnitentia delevit, nam
 morti proximus, ad modum testamenti Athan. ibid.
 contra vim sibi factam protestatus est,
 hæresin Arianam devovit, omnesque Fi-
 deles, ut eam detestarentur, hortatus est.

§. XLVI.

Lapsus Papæ Liberii.

Liberius Papa duos annos in exilio Liber. ep. 10.
 transegerat, atque, crescente adver- ad Vinc.
 sariorum furore, unicum ejus solarium,
 Urbinum Diaconum, quem apud se ha-
 bebat, eripuerunt. Fortunatianus Epis-
 copus Aquilejensis primus fuit, qui ejus

Yy 3 con-

Sæculum IV. constantiam sollicitavit, ut Imperatoris
 A. C. 357. voluntati cederet, nec ullam viro re-
 quiem concessit, usque dum subscriptis-
 set. Demophilus Episcopus Bereensis,
 quam civitatem Liberius exilii sui locum
 nactus erat, ei fidei Professionem Sir-
 miensem proposuit, id est juxta opinio-
 nem magis probablem, primam contra
 Photinum compositam in Concilio acto
 anno 351. cui Demophilus interfuerat;
 in hac formula tacite voces: Consu-
 stantialis, & in substantia similis supri-
 mebantur, de cœtero defendi poterat,
 quod etiam S. Hilarius fecit. Hanc er-
 go Liberius probavit, & tanquam Ca-
 tholicæ subscriptis, Communioni S. Atha-
 nasi renuntiavit, & cum Orientalibus,
 Liber. ep. 9. id est, Arianis communicavit. Tum For-
 tunatiano Epistolam ad Imperatorem Con-
 Hilar. p. 427. stantium ferendam dedit, qua rogabat;
 ut amore pacis, & concordiae se ad Ec-
 clesiam suam redire permitteret, & ab e-
 xilio Legatos quoque suos, & alios Epil-
 copos revocaret. Exinde ad Episcopos
 Orientis scripsit in hunc modum: Atba-
 nasium non defendo; cum Julius Präde-
 cessor meus, felicis memorie, eum rece-
 rit, prævaricaturum me credideram, si
 rejicerem; sed postquam Deo adjuvante
 cognovi, juste a vobis fuisse condemnatum,
 illico consensi, & fratri nostro Fortuna-
 tiano litteras tradidi, quas ad Imperato-

Ep. 7.

Sup. 5. 6.

De Syn. p.

340.

Lib. Ep. 7.

p. 426.

rem scripti; itaque excluso a Communio-Sæculum IV.
ne nostra Athanasio, cuius ne quidem E A.C. 357.
pistolas accipiam, bis notum facio, mibi
vobiscum, & cum omnibus Episcopis O-
rientalibus omnium Provinciarum pacem,
& unionem esse placere, utque de sinceri-
tate nostra, qua scribimus, nullum vobis
dubium remaneat, postquam frater noster
Demophilus fraternalia charitate formulam
veræ, & Catholicæ fidei mibi subscriben-
dam proposuit, quam plures ex Episcopis,
fratribus nostris, Sirmii examinavunt,
libenti animo recepi, nec, quod reprehendebam,
inveni. Cæterum rogo vos, ut,
cum me vobis consentientem in omnibus
babeatis, operam jungere non detrectetis,
qua ab exilio revocatus, ad Cathedram,
in quam me posuit Deus, reverti possim.

Aliam dedit Epistolam ad Vincentium
Capuanum, olim Legatum suum, qui se
ab Imperatore seduci passus fuerat; Ad
hunc, ora Dominum! inquit: ut nobis
virtutem patientiae tribuat; filium no-
strum charissimum Urbinum Diaconum,
solarium meum, Venerius Imperatoris
Procurator a meo latere avulsit. Ideo
notum tibi faciendum esse putavi, quod
me illi contentioni, cuius materia est A-
thanasius, subtraxerim, atque hac de re
ad fratres nostros Episcopos Orientis scri-
pserim. Jam undique pacem habemus,
quod omnibus Campaniæ Episcopis indices

Ep. 10.
Sup. §. 10.

Yy 4 velim,

Sæculum IV. velim, & ad Imperatorem mei causa scri-
A. C. 357. bas, ut bac quoque gravissima calamitate
liberer. His manu propria subjunxerat:
*Pax nobis est cum omnibus Orientis E-
piscopis, & mihi præprimis tecum. Co-
ram Deo exoneravi conscientiam meam;
superest, ut vos decernatis, num mihi in
bujus exilii ærumnis contabescendum.
Dominus inter me, & vos judicabit.* Ita
Papa Liberius Athanasium, cuius causa
tunc a causa fidei erat inseparabilis, de-
seruit. (*)

§. XLVII.

(*) Hic in longiore Nota Interpres Prote-
stans proterve exultat, inter alia dicens: Denn
da wird von einigen Papisten, die gern den
zum Arianer gewordenen Pabst Liberius ret-
ten wollen sc. sc. Deinde opinionem Fleurii
probabilem esse, nempe Liberium Fidei For-
mulæ primæ contra Photinum compositæ, quæ
ab Hæresis labe abiolvi potest, subscriptisse, ad-
ductis quibusdam conjecturis negat, homo, cui
toties falsi convicto, nisi aliorum, fide magis di-
gnorum testimonia afferat, nihil credendum.
Et si vero Liberius interne errasset, quod ex nul-
la circumstantia satis probatur, cum tamen, præ-
ter omnium Pontificum morem, nullum convo-
caverit Concilium, aut saltem minorem Episco-
porum Congregationem, non potest præsumi
voluisse loqui ex Cathedra, atque ita error ejus
in fide Hominis privati, non Capitis Ecclesiæ
fuisset.